



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Liber XVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

D. Burchardi

ECCLESIAE VVORMA-
ciensis Episcopi, de Fornicatione,
Decretorum Liber XVII.

ARGUMENTVM LIBRI.

Liber hic Fornicationem, & incestum diuersi generi complectitur, & quæ correctio, pœnitentiaque iis, quibus vitiis sunt inuoluti, debeatur, docet.

De muliere, quæ cum duobus fratribus fornicata est. Cap. I.

*Ex cœcil.
Neocœsa.
cap. 2.*

Vlier si duobus fratribus nupserit, abducatur usque ad mortem: veruntamen in entu propter misericordiam, si promiserit quod facta in columnis, huius coniunctionis vincula dissoluat, fructum pœnitentie consequatur, & communio ei concedatur. Quod si defecrit vir, aut mulier in talibus nuptiis, difficilis erit partentia in vita permanenti.

De eadem re. Cap. II.

Ex decr. Martini. **S**i qua mulier duos fratres, aut si quis vir duas uxores duxerit, à communione separentur usque ad mortem. pap.ca.9 In morte, pro misericordia viaticum accipient.

De illo qui cum duabus sororibus fornicatus est, quem una vxor fuerat. Cap. III.

*Ex cœcil. Aurelia.
cap. 6.* **Q**VI dormierit cum duabus sororibus, & una ex illis anteà vxor fuit, neutram ex ipsis habeat: ne cipiditer inquam coniugio copulentur.

De illo qui se ignorantem cum sorore vxoris sua fornicatus est. Cap. IIII.

Ex cœcil. Triburi. **I**Nlectum mariti absente vxore soror iuit vxoris eius. ille vxorem suam putans, dormiuit cum ea. Superdilectum est, si ipse per securitatem veram hoc prebuerit.

quod inscius fecerit hoc scelus, pœnitentiam quidem quæ
fibi indicata fuerit agat, legitimum suum coniugium habe-
re permittatur: illam digna vindicta affligi, & in aeternum
coniugio priuari.

De eadem re. Cap. V.

Si quis cum duabus sororibus fornicatus fuerit, & soror *Ex eodem*
fororem ab eodem anteā stupratam nescierit, vel si ipse *cap. 9.*
fororem eius quam antea stupravit non intellexerit, si di-
gnè pœnituerint, & si se continere non valuerint, post an-
nos septem coniugia illis non negentur. Si autē non igno-
rauerunt, vsque ad mortem à coniugio abstineant.

De eadem re. Cap. VI.

Si quis cum duabus sororibus fornicatus fuerit, vir diebus *Ex eodem*
vit & suæ pœniteat. Soror autem quæ de alia sorore ne- *cap. 10.*
sciuīt, licentiam habeat nubendi.

Item de illo qui cum duabus sororibus neutra uxore

fornicatus est. Cap. VII.

Si similiter & de duabus sororibus qui cum una in adulterio *Ex eodem*
mansit, & aliam publicè accepit, non habeat mulierem *cap. 11.*
vñq; in diē mortis suæ, & illa quæ nesciuit, accipiat maritū.

De illo qui cum duabus sororibus, cum nouerca, vel cum so-
nore sua, vel cum amita, vel matertera sua, vel cum filia
patrui, vel auunculi sui, vel cum filia amitæ, vel ma-
terteræ suæ, vel cum nepte sua, vel cum comma-
tre, vel cū filiola quæ de fonte suscepit, vel ante
episcopū tenuit fornicatus fuerit. Cap. VIII

Si quis fornicatus fuerit cum duabus sororibus, vel cum *Ex conci-*
nouerca sua, vel cum sorore sua, vel cum amita sua, vel Mogūti,
cum matertera sua, vel cum filia patrui sui, & auunculi sui, *cap. 3.*
vel cum filia amitæ sua, siue materteræ sua, cum nepte
sua, vel cum commatre sua, aut filiola sua, siue quam de fon-
te suscepit, vel ante episcopum tenuit, & si qua mulier si-
mili modo fornicata fuerit, abstineat se ab ingressu do-
mus Dei annum, & eodē anno nisi dominicis & festis die-
bus solummodo pane & aqua & sale vtatur: arma nō ferat,
osculū nulli præbeat, sacrificium nisi pro viatico minimè
sumat. Sex deinde annis ingrediatur quidem domum
Dei sed carnis, & vino, ac sycera minimè vtatur, nisi fe-
stis diebus. De armis verò & osculis, siue sacrificio, sicut su-
pra scriptum est. Postea verò duobus annis quando car-

HH ivii

D.BVRCHARDI. EPIS. VVORMAC.

ne vescitur, à potu omni quo inepti potest se continet. Et si biberit potum, minimè carne vescatur, absque præpūis festis diebus. De armis verò vel osculo, & sacrificio modum teneat iam dictum. Inde usque ad obitum sūm, nisi prædictis festis diebus à carne abstineat: tres ferias legitimas in omni hebdomada, & tres quadragesimas in anno legitimè custodiat. De armis verò ut supradictum est, & nunquam aliquando coniugio copuletur. Hac eadem penitentia imponenda est patricidis, vel fraticidis, & consanguineis, nec non & qui sponte per fraudem, & auctoritatem, hominem innoxium occidit, quod mortidū voca-

De illo qui cum matrem habuerit vxorem, cum filiastra fornicatus fuerit. Cap. IX.

*Ex eodem
cap. 2.*

Si quis viduam uxorem duxerit, & postea cum filiastra sua fornicatus fuerit, seu cum duabus sororibus concubuerit, aut si qua duobus fratribus nupserit, seu cum patre & filio fornicata fuerit, tales copulationes anathematizari & desuungi, præcimus, nec unquam amplius coniugio copulari, sed sub magna distictione fieri.

De eadem re. Caput X.

*Ex cœcil.
apud Ver
cap. 10.*

Si quis cum filiastra sua fornicatus fuerit, nec matrem apud Verum, nec filiam potest habere: nec illa, nec ille alii se posse meriunt coniungere vñlo unquam tempore. Attamen vir eius, si ita voluerit, & si se continere non potest, si postea quoniam cognouit quod cum filia sua vir eius fuit in adulterio, carnale commertium cum eo non habuit, si vult alij nubere potest.

De illo qui cum nouerca fornicatus est. Cap. XI.

*Ex eodem
cap. 21.*

Si quis cum nouerca sua dormierit, neuter possunt scilicet coniugium peruenire: sed vir eius potest si vult alii accipere, si se continere non potest. Similiter qui cum filiastra sua, vel cum sorore viroris suæ dormierit, stare potest.

De illo qui cum filiastra, ignorante matre fornicatus est. Caput XII.

*Ex eodem
cap. 4.*

Si quis cum matre & filia fornicatus est, ignorante matre de filia, & filia de matre, ille nunquam accipiat virum: illæ verò si voluerint accipient maritos. Si autem hoc fecerint ipsæ feminæ, absq; maritis in perpetuum manent.

De illo qui quis stuprauerat quandam quam frater eius
postea duxerat vxorem. Cap. XIII.

Si homo fornicatus fuerit cum muliere, & frater eius *Ex codē*
nesciens eandem duxerit vxorem: frater eo quod fra- *cap. 5.*
tri crimen cælauerit, pœnitiat, & post pœnitētiā nubat.
Mulier autem usque ad mortem pœnitiat, & sine spe con-
iugij maneat.

De eadem re. Cap. XIV.

Si frater cum muliere fornicatus fuerit, & frater nesciēs *Ex codē*
cum eadem concubuerit, mulier diebus vitæ suæ pœni- *cap. 6.*
teat, post pœnitentiam autem, frater ignarus sceleris con-
iugium accipiat si vult.

De eadem re. Caput XV.

Item indicatum est quandam stuprassē quandam fœmi- *Ex cōcil.*
nam quam postea frater eius accepit vxorem. Statuerūt *Matisce.*
eum qui stupravit, & à se stupratam fratri cælauit: quia ge- *cap. 5.*
minauit peccatum, pœnitentia distictiori castigandum.
Coniugium tale dissolui oportere, & mulieri quidem nun-
quam dari potestatem nubendi. Illis autem pro misericor-
dia coniugium indulgere, sed cum pœnitentia.

De muliere cum qua, & pater, & filius fornicati
sunt. Caput XVI.

Quidam fornicatus est cum quadam muliere, postea *Ex cōcil.*
filius nesciens patris factum stupravit eandē. Quod *Triburi.*
cū pater resciceret, de se filioq; confessus est. *cap. 6.* I
Statuerunt melius esse, ut taliter lapsis cum digna pœni-
tentia legitima permittantur coniugia, quā fortè deterius
delinquent. Fornicaria autem, sine spe coniugij maneat.

De illo qui cum vxore fratris sui fornicatus est.

Caput XVII.

Si quis cum vxore fratris sui dormierit, adulter & mœ- *Ex codē*
cha diebus vitæ suæ absque coniugio maneant. Ille ve- *cap. 13.*
rò cuius vxor fuit, si vult, aliam coniugem accipiat.

De illo qui sponsam filij sui oppresserit. Cap. XVIII.

Si quis spōsam filij sui oppresserit, & postea filius eius eā *Ex codē*
duxerit: pater postmodū non habeat vxorē, nec ipsa mu- *cap. 13.*
lier virum, filius, qui facinus patris ignorauit, aliā accipiat.

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAC.

De illo qui cum vxore, matre, & filia fornicatus est. Caput. XIX

Ex cōcil.
Mogūti,
cap. 6.

Si quis viduam vxorem duxerit, & posteā cum filia fornicatus fuerit, seu cum duabus sororibus: aut si quum duobus fratibns, seu cum patre & filio: si quis reliqua fratri, si quis neptem, aut nouercam, aut nurum, aut consobrinam, aut filiam auunculi, aut eius reliquat, aut principiam polluerit, eos disiungi, & ulterius nunquam coniugio copulari, præcipimus.

De illo coniugato qui cum filia materteræ sua, vel auunculi, vel amicæ, vel patrui sui fornicatus est.

Caput XX.

Ex cōcil.
Triburi.
cap. 1.

In terrogatum est si quis cum filia materteræ sua, relmitæ, vel auunculi, vel patrui concubuerit, si coniungitus fuerit, licet ne illi ulterius vti coniugio, aut non coniugato vxorem accipere? Iustum esset, sicut aliqua statua priorum habentur, vt in perpetuum à coniugio tales abdineant. Visum est humanæ fragilitatis intuitu, vt post penitentiam non quidem pœnitus priuentur coniugio, de rissimè tamen tam immanis fornicatio vindicetur, sicut sanctus papa Nicolaus, & alij Romani pontifices statuerunt, ne forte desperati, multiplicius peccent.

De patre, & filio, de auunculo, & de nepote, si cum una muliere fornicati fuerint. Cap. XXI.

Ex conci.
Mogūti,
cap. 5.

In terrogatum est si pater & filius, vel si duo fratres, vel si auunculus, & nepos cum una muliere fornicati sunt, quid inde faciendum sit. Manifestum est quod graui vindicta plectendū est, quod graue facinus esse reperitur: Quis enim mœcha interdicitur, vbi scriptum est, non mœchaberis, quanto magis cum cognata, vel cum coniuge, concubina cognati? Hinc in Leuitico scriptum est: Si mœchatus fuerit quis cum uxore alterius, morte moriantur, mœchus, & adultera. Qui dormierit cum nouerca sua, cum nuru sua, & qui filiam & matrem duxerit, & qui appetit sororem suam, morte moriantur. Si enim in lege turpitudinē incestus mortis sententia vindicare iussit, quomodo in Evangelio, vbi summa iustitia est, incestuof peccati pœnitentiam euadet? Vnde Apostolus: Irritan qui fecerit legem Moysi, sine ulla miseratione sub duobus

vel tribus testibus moritur: quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratiae contumeliam fecerit? Igitur Theodorus iudicauit eum qui incestum fecerit XII. annos pœnitere debere: alij XV. alij X. alij septem. Sed nos priscorum patrum vestigia sequentes, his solis spatium pœnitentiae temperemus, qui deuotè, & cum lachrymis pœnitentiam egrent: ceteri definitum tempus obseruent.

De eadem re. Caput XXII.

*S*i quis filiastrum aut filiastram suam ante episcopum ad confirmationem tenerit, separetur ab uxore sua, & a-
liam nunquam accipiat. Similiter & mulier.
Ex cœcil. apud Vermeriam, cap. 4.

*De illis qui infantes suos ideo à baptismo suscipiunt,
ut separantur à coniugibus. Cap. XXIII.*

*D*ictum etiam nobis est, quasdam foeminas desidiosè Cabillon. tenuisse. Vnde nos dignum duximus, ut si qua mulier filium suum desidia, aut fraude aliqua coram episcopo tenuerit ad confirmationum propter fallaciam suam, aut propter fraudem, quandiu viuat pœnitentiam agat, à viro tamen suo non separetur.

De eadem re. Cap. XXIV.

*D*e eo quod interrogastis, si ille qui filiolam suam ducit uxorem, & de eo qui concubuit cum commatre sua spirituali, & de illo qui filium suum baptizavit, & cuius uxor eum de fonte suscepit, ea ratione, ut discidium coniugij fieret, si poste à in tali copulatione permanere possent de talibus sic respondendum est. Si filiolam, aut commatrem suam spiritalem aliquis in coniugium duxerit, separandos eos esse iudicauimus, & graui pœnitentia plectendos. Si autem coiuges legitimi unus aut ambo ex industria fecerint, ut filium suum de fonte suscipiant, ut discidium fiat, tale consilium damus. Si innupti manere voluerint, bonum, est. Sin autem, grauis pœnitentia insidiatori iniungatur, & simul maneant, & si superuixerit prævaricator coniugi, acerrima pœnitentia multetur, & sine spe coniugij maneat.

Ex cœcil. Moguti. in clauso S. Alfonso, præsentate Ludo- uico imperato.

cap. 10.

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAC.

De eadem re. Caput XXV.

Ex cōcil. **N**Vllus proprium filium, aut filiam à fonte baptisimis
Triburi. suscipiat, nec filiolam, nec commatrem ducatur,
cap. 8. nec illam cuius filiam ad confirmationem antea
scopum tenuerit. Vbi autem factum fuerit, separantur,

De eadem re. Caput XXVI.

Ex cōcil. **Q**Vam detestabile & execrable scelus sit, vnicuique
Mogūti. Christiano, filiolam suam constuprare, testatur
cap. 5. Gregorius papa in dialogis suis. vbi refert quid
hominē polluisse filiolam suā, & quia neglexit poenitentia
agere, subito miserabili morbo corruptus expiravit; &
pulto, nū solum corpus sed etiam omne sepulchrum, iugis
inuisibilis consumpsit.

De mulieribus quæ aliquo molimine inter se forni-
cantur. Caput XXVII.

Ex pœni- **M**Vlier quocunque molimine, aut in se ipsa, aut in
tentiali altera fornicans, tres annos pœnitentia.
Theodo.

De sanctimonialibus si inter se fornicantur.

Caput XXVIII.

Ex eode. **S**I sanctimalis cū alia sanctimali per aliquod m-
chinamentū fornicatae fuerint, septē annos pœnitentia.
De muliere si cum altera fornicata fuerit.

Caput XXIX.

Ex cōcil. **M**Vlier si cū muliere fornicata fuerit, tres annos pœ-
nitentia. Sic & illa quæ semen viri sui cibo misceret, n-
cap. 8. inde plus eius accipiat amorem, pœnitentia.
De illis qui irrationaliter versati sunt.

Caput XXX.

Ex cōcil. **D**E his qui irrationaliter versati sunt, siue ver-
Anciran. tur, id est, qui cum pecoribus & masculis se con-
cap. 15. quinauerint, quotquot ante viginti annos ætatis tales ci-
men commiserint, XV. annis exactis in pœnitentia, com-
munionem mereantur orationum: deinde quinquennio in
hac communione durantes, tunc demum oblationis faci-
mēta contingent, Discutiatur autem & vita eorum quali-
tēpore pœnitudinis extiterit, & ita misericordiam con-
quātur. Quod si inexplebiliter his hēdere criminibus, ad-
gendā pœnitentiā prolixius tēpus insumat. Quotquot autem
post XX. annos ætatis, vxores habentes, in hoc peccato

prolapsi sunt, XXV. annos pœnitentiā agentes, ad oratio-
nis communionem recipiātur. In qua quinquennio perdu-
rantes, tunc oblationis sacramenta percipiāt. Quod si &
vxores habentes, & transcendentes quinquagesimū an-
num etatis ita deliquerint: ad exitum vitæ communionis.
gratiam consequantur.

De eadem re. Cap. XXXI.

EOS qui irrationabiliter vixerunt, & lepra iniusti cri-
minis alios polluerunt, præcepit sancta synodus inter cap. 16.
eos orare, qui spiritu periclitantur immundo.

De illis qui cum pecudibus peccant. Cap. XXXII.

QVI cum pecude peccat, quidam iudicant annos, X. Ex pœni-
tiali
quidam septem, quidam tres tres, quidam centum tentiali
dies, iuxta qualitatem personæ pœnitere. Theodo.

Item de quadrupedum fornicatoribus. Cap. XXXIII.

SI inuenti fuerint qui cum quadrupedibus, vel masculis Ex pœni-
contra naturam peccant, dura & disticta pœnitentia tentiali
coercendi sunt. Quapropter episcopi vel presbyteri à qui-
bus iudicium pœnitentiæ iniungitur, conentur omnimo-
dis hoc malum radicitus abscindere.

De illis qui fornicantur sicut Sodomitæ.

Caput XXXIV.

QVI fornicatus fuerit sicut Sodomitæ, si seruus est, & si Ex pœni-
scopis castigabitur, duos annos, si liber est & coniu- tentiali
gatus, X. annos, si priuatus, septem annos pœnitentia: pueri Theodo.
centum dies, si in consuetudine est. Laicus coniugatus,
si in consuetudine habet, XV. annos pœnitentia. Si ex ordi-
nibus est, & in consuetudine habet, degradatus, ut laicus
pœnitentia. Qui autem cum fratre naturali fornicatus fue-
rit, per tam sordidam cōmixtionem, ab omni carne se ab-
stineat, vel XV. annos pœnitentia, si clericus est, amplius pel-
li debet.

De clericis vel monachis, si fuerint masculorum inse-
statores. Cap. XXXV.

Clericus vel monachus adolescentium vel parvulorum Ex dictis
insestator, vel qui osculo, vel aliqua occasione turpi Basilij.
deprehensus fuerit, publicè verberetur, & coronam amittat,
decalvatusque turpiter, sputamentis obliviatur in facie,
vinculisque artatus ferreis, carcerali sex mensibus angustia
maceretur, & triduo per hebdomas singulas ex pane hor-

D. BVRCHARDI EPIS .VVORMAC

deaceo ad vesperam reficiatur. Post hæc aliis sex membris
sub senioris spiritualis custodia segregata in curtula de-
gens, operi manuum & orationi sit intentus, vigiliis & ob-
tibus subiectus, & sub custodia semper duorum fratrum
ritualium ambulet, nulla priuata loquitione, vel confi-
deinceps iuuibus coniungendus.

De eadem re. Cap. XXXVI.

Ex dictis S. I. s. I. s. I. **S**i quis ex iuuibus vel aliqua suspicosa persona
paruulis iocatus fuerit, diurna pœnitentia maceretur.

De eadem re. Cap. XXXVII.

Ex dictis eiusdem. S. I. s. I. s. I. **S**i deprehensus fuerit aliquis frater ludere cum pueris,
habere amicitias ætatis infirmæ, tertio commoneatur;
memor sit honestatis, atque timoris Dei. Si non cessaverit,
seuerissimè corripiatur.

Item de commixtione animalium. Cap. XXXVIII.

Ex pœnitentia Romano. S. I. s. I. s. I. **S**i quis cuiuslibet animalis commixtione peccauerit,
annis in humilitate subiaceat ad Ecclesiæ ianum. In
post hos aliis quinque annis in orationis communionem
ceptus pœnitentiam agat, & sic gratiam sacramentum percep-
iat. Interrogentur autem alii de eo qualem vitam in po-
nitentia egerit, & sic communionis misericordiam confe-
quatur. Si quis auten post viginti annos habens vxores
peccato succubuerit, xxv. annos humilitati subiaceat,
quinque annis in orationibus, & sic communicet.

*De episcopo qui secundum naturam fornicatus fu-
rit. Cap. XXXIX.*

Ex pœnitentiali Theodo. I Tem in canone apostolorum iudicatur ut episcopus, pri-
byter, diaconus qui in fornicatione, aut perjurio, au-
furto captus est, deponatur, non tamen communione po-
uetur: quia nō iudicat Deus bis in id ipsum. Si quis pontificis
fornicationem fecerit naturalem, synodus indicavit ut
annos pœniteat, & multis lachrymis & eleemosynis ro-
niam à domino petat. Presbiter non prælato monachiv-
to cum puella vel meretrice peccans, annos tres, & in
bus quadragesimis secundam, & quartam, & sextam fe-
riam, & sabbato semper de sicco cibo pœniteat. Si cum as-
cilla Dei, aut masculo, plus addatut iejunium, id est, septem
annos, si in consuetudine est. Similiter diaconi, si monachiv-

non sunt, duos annos, sicut & monachi qui sine gradu sunt. Si diaconi monachi sunt, septem annos. Monachi cum gra-
du septem annos pœnitentiant. Item episcopus si sine voto mo-
nachi cum puella vel meretrice peccauerit, x. annos pœni-
teat. Clericus cum tali puella sine voto monachi si fornica-
tus fuerit, vnum annum pœnitentiat, si frequenter duos annos,
cum canonica duos annos, si frequenter tres annos. Si ge-
nuerit ex ea filium, quatuor annos, alii dicunt septem. Theo-
dorus dixit: Monachus fornicationem faciens, septem an-
nos pœnitentiat. Item Beda dixit: Monachus fornicationem
querens & non inueniens, annū dimidium pœnitentiat. Item
Romanus pœnitentialis dicit: Monachus fornicationem
facies cum meretrice vel puella, tres, si cum sanctimoniali,
septem annos pœnitentiat. Item laicus priuatus maculans vxo
rem proximi sui, vt adulterum pœnitentiat. Si cum virginē
peccauerit, vterque pœnitentiat annum vnum. Si cum ancilla
Dei, quatuor annos: si genuerit ex ea, septem annos: pœ-
nitentiat. Item si quis peccauerit sicut Sodomitæ. quidam, x.
annos dicunt pœnitentiat: qui in consuetudine habet, amplius
pelli debet. Si autē in gradu sunt degradentur, & sicut laici
pœnitentiant. Vir qui inter fœmora fornicatus fuerit, vnum:
sitterauerit, duo annos pœnitentiat. Si autem in terga forni-
catus fuerit tres annos: si pueri duos annos. Qui cū pecude
fornicatus fuerit vel iumento, x. annos pœnitentiat. Oportet
enim discretionem esse inter qualitatem pecudum vel ho-
minum, sicut supradiximus. Item episcopus cum quadrupe-
dibus peccans, x. annos pœnitentiat, & gradum amittat, pres-
byter, v. diaconus tres, clericus duos.

*De sacerdote qui per turpiloquium, aut per conspectum
libidinosum pollutus fuerit Cap. XL.*

Sacerdos qui per turpiloquiu. m, seu conspectu libidinoso Ex pani-
coquinatus fuerit, nō tamenvoluerit fornicare, x. dies tentati
pœnitentiat. Presbyter si osculatus est fœminā per desideriū, Romano
& semē fuderit, xx. dies pœnitentiat. Diaconus, x. dies, simili-
ter monachus. Clericus septē. Laicus quatuor. Item si pres-
byter semen fuderit per cogitationem septem dies pœ-
nitentiat, si tangit cum manu tres hebdomadas. Episcopus si
per cogitationem fuderit, quatuor hebdomadas pœnitentiat.
Si tangit cum manu diaconus & semen fuderit, xiii. dies,
Monachus similiter. Aliter, Si clericus, viginti dies,

D. BVRCHARDI. EPIS. VVORMAC.

quanto magis alij gradus? Si impugnatione mentis compnabitur, septem dies pœnitieat, vel quousque cogitatione catur. Si in somnis voluntate pollutus fit, surgat, canteque septem. Psalmos pœnitentiales, id est, Domine ne in furore. Beati quorum. Domine ne in furore. II. Miserere mei. Domine exaudi. De profundis. Domine exaudi. vel vnde quisque secundum suam virtutem, & in mane XXX. Psalmos cantet. Volens autem in somnis peccare, siue qui pollutus sine voluntate, XV. Psalmos cantet. Peccans non pollutus, viginti quatuor Psalmos.

De eadem re. Cap. XL.

Ex pœnitentiali **I** Tem in somno peccans, si ex cogitatione pollutus fuerit, XXV. Psalmos cantet. In somno peccatis sine cogitatione, XII. Psalmos. Si semen fuderit in Ecclesia per demissionem, cantet Psalterium, vel tres dies pœnitieat. Si voluntariè semen fuderit in Ecclesia mala cogitatione. *Theodo.* Sidericus, XIII. dies, diaconus, XXV. presbyter XL. episcop. Monachus, XXX.

De illis qui per illecebrosos amplexus fœminarum polluuntur. Cap. XLII.

Ex pœnitentiali **Q** Vi per illecebrosos amplexus fœminæ, vel osculo poluitur, xx. dies pœnitieat. Qui tetigit inuercudem *Bedæ pr.* nem eiusdem fœminæ, tres menses pœnitieat. Qui per turpiloquium pollutur, septem dies pœnitieat. Presbyter si osculatus fuerit fœminam per immūdum desiderium, xx. dies pœnitieat. Si inquinatus fuerit, xl. dies pœnitieat. Qui in Ecclesia per somnum pollutur, tres dies pœnitieat. Qui in somnis voluntate pollutus est, surgat & cantet septem. Psalmos pœnitentiales, & in die, xxx. Qui peccare voluerit in somnis, & non fuerit pollutus, xxiiij. Psalmos cantet,

De clericis qui per malas cogitationes semen effuderint. Cap. XLIII.

Ex pœnitentiali **C** Lericus si semen fuderit non tangendo per malas cogitationes, septem dies pœnitieat. Si tágit cuin manu, xx. dies pœnitieat. Si diaconus, xxx. dies. Si presbyter, hebdomadas, iii. Presbyter si semen fuderit per cogitationem, septem dies pœnitieat, monachus similiter. Qui voluntarie semen fundit in Ecclesia, si clericus est, xiiii. dies. Si monachus, aut diaconus, xxx. dies. Si presbyter, xl. Si episcopus, dies pœnitieat.

*Si mulier debeat separari à viro suo, quæ filium suum
casu per negligentiam à fonte suscepit.*

Caput XLIII.

Deus dedit sancte Romanæ, & apostolicæ Ecclesiæ Ex decr.
piscopus, Gordiano Hispanensis Ecclesiæ coëpisco- Densde-
po, & fratri dilectissimo. Peruenit ad nos diaconus vester, dit, papæ
vestrae sanctitatis epistolam inferens, quod quidam viri, e- Gordia-
tiam & mulieres præterito sabbato Paschali die, pro ma- no episo-
gno populorum incursu, nescientes suos filios suscepissent po mi si
ex lauacro sancto. Cupis etenim scire, si pro tali accidenti
ratione debeat viri & mulieres ad suum propriū usum re-
dire, an non. Nos enim ex hac tristitia mœsti, inquisiu-
mus priorum nostrorum dicta. Intenuimus autem in archi-
uo huius apostolicæ sedis iam talia contigisse in Ecclesia
Hisauriæ, & Etthesiorum, simulq; Hierolymæ, etiam alia-
rum Ecclesiarum episcopis, & earum ciuitatum ab hac apo-
stolica sede, volentibus scire, si viri & mulieres redirēt ad
proprium thorum. Beatae memoriæ sanctissimi patres, Iu-
lius, Innocētius, & Celestinus cum episcoporum plurimo-
rum, & sacerdotum conuentu, in Ecclesia beati apostolo-
rum principis prohibentes talia, prescripserunt, & confir-
maverunt, ut nullo modo se in coniugio reciperet mulie-
res, aut viri, qui per quacunque rationem susciperent na-
tos, sed separarent se: ne suadente diabolo tale vitiū pec-
cati inolefaciat per mundum, & vniuersorum error accre-
feat. Scitis quia quomodo sunt septem dona sancti spiritus,
ita sunt septem dona baptismi. A primo pabulo sacrati fa-
lis, & ingressu sanctæ Ecclesiæ usque ad confirmationem
spiritus sancti per Chrisma. Ab hoc primo spiritus sancti
dono usque ad septimum, nullus Christianus suam com-
matrem in coniugium recipere debet, & qui præsumperit,
anathematis vinculo religetur in perpetuo, nisi poeniten-
tiam egerit dignè. Mulieres vero quum separatae fuerint,
ac pro illicita actione à propriis viris, totam præcipimus
recipere dotem, quam in die nuptiali receperint, & post
expletum annum recipient alium virum, si voluerint. Si
militer & vir uxorem.

*De eo qui spiritalem habet compatrem, cuius uxor cō-
mater non est, & eo defuncto, si eius viduam
posset ducere uxorem. Cap. XLV.*

D. BVRCHARD. EPIS. VVORMA

Ex cōcil. **Q**VI spiritualē compatrē habet, cuius filiū de lauato Triburi. *sacræ fontis accepit, & eius vxor cōmater nō est, l-*
cui inter- ceat ei defuncto cōpatre suo eius viduā ducere in uxori
fuit rex si nullam habent cōsanguinitatis propinquitatem. *Qui*
Arnol- enim? Nunquid non possunt cōiungi, quos nulla proximi-
phus, ca. tas carnalis, vel in id generatio secernit spiritualis.

47.

De eo, si aliquis suæ spiritualis commatris filiam
vxorem ducere possit. Cap. XLVI.

Ex eodē

cap. 48.

Illud etiā, nec canonica institutione definimus, nec in
introductione aliqua refutam⁹, sed propter eos qui dis-
sē de eo sentiunt, hoc loco aliquid cōmemoramus. Si quā
suæ spiritualis commatris filiam fortuitu, & ita contig-
te rerū casū in coniugium duxerit, consilio maturiori fer-
uato, habeat, atque honestè legitimo cōiugio operam de-

De quodam, qui suam filiolam spiritalem
constupravit. Cap. XLVII.

Ex dialo.

Gregor.

Terribile etiam quiddam in Valeriae prouincia conci-
gisse vir vitæ venerabilis Maximianus Syracusianus
Episcopus, qui diu in hac vrbe meo monasterio paf-
narrare cōsueuit, dicens, *Quidā curialis, illic sacratissime*
Paschali sabbato, iuuenculam cuiusdā filiam in baptisme
te suscepit. Qui post ieiuniū domum reuersus, multo
no inebratus, eandem filiolam suam secum manere pe-
tit, eamq; nocte illa, quod dicto nefas est, perdidit. Cīque
mane facto surrexisset reus, cogitare cœpit, vt ad balneum
pergeret, ac si aqua balnei lauaret maculam peccati. Per-
xit igitur, lauit, cœpit trepidare, Ecclesiam ingredi: fe-
tantō die non ignorat, ad Ecclesiā erubescere hominem.
Sin verò iret, pertimescebat iudicium Dei. Vicit itaq;
manaverecundia, perrexit ad Ecclesiā, sed tremebūdui-
pauens stare cœpit, atque per singula momenta suspicere
qua hora immundo spiritui traderetur, & corā omni pene
lo vexaretur Cumq; vehemēter timeret, ei in illa Messe
celebritate, quasi aduersē nil contigit, qui latus exiit,
die altero Ecclesiam iam securus intravit. Factumq; est
per sex cōtinuos dies latus, ac securus procederet, a filii
quod eius scelus dominus, aut non vidisset, aut visum in
sericorditer dimisisset. Die autē septima subita morte de-
functus est Cumq; sepulturæ traditus fuisse, per longum
pus cunctis vidētibus de sepulchro ipsius flamma extin-

de lauacis
nō est, li-
in uxori
em. Quid
a proximi-
lis.
am
us, necin-
qui dñe-
us. Si quod
contingit
uriori fe-
peram de-
cia con-
raculiu-
io prefec-
tacratissi-
baptismi,
multo
nanere pe-
dit. Cū
ad balie-
ccati. Per
redi: fee-
ut homini-
cit itaq; la-
nebūdor; a
a suspec-
omni pug-
illa Mil-
rus exi-
umq; effe-
ret, afli-
t vifum m
a morte d
er longi-
na exi-
tam diu ossa eius concremauit, quousq; omne sepulchrum
cōsumpsit: & terra quæ in tumulo collecta fuit, defossa vi-
deretur. Quod videlicet omnipotens Deus faciens, ostēdit
quid eius anima pertulit in occulto, cuius etiā corpus an-
te humanos oculos flāma consumpsit. Quia in re quoq; no-
bis hæc audientibus exemplum formidinis dare dignatus
est, quatenus ex hac consideratione colligamus, quid ani-
ma viuens ac sentiens, pro reatu suo patitur, si tanto ignis
suppicio etiam insensibilia ossa concremantur.

*De quodam fratre, qui impugnabatur a spiritu
fornicationis. Cap. LXVIII.*

*Ex dictis
Populu-
tij ære-
nutæ.*

Quidam pater molestiam sustinebat a spiritu forni-
cationis. Abiit autem ad quendam probatissimū se-
niorem, & precabatur eum, dicens: Pone tibi sollicitudinē,
beatissime pater, & ora pro me: quia grauiter me impu-
gnat passio fornicationis. Hæc cū audisset senior, orabat
intē diebus, ac noctibus, pro eo deprecans domini mi-
sericordiam. Iterum autē veniebat idem frater, & rogabat
seniorem, ut magis intētius pro eo oraret. Similiter autem
cum omni sollicitudine beatus senior orabat intētius pro
eo. Frequenter autem venientem ad se monachum vidēs
senior, & deprecantē se, ut oraret, valde contristatus ad-
mirabatur: quia non exaudiret dominus orationes suas.
Eadem autem nocte, reuelauit ei dominus, quæ circa illum
monachum erant, negligentia, & ignauia resolutionem, &
delectationes fore corporeas cordis eius. Ita autē osten-
sum est sancto seniori. Vedit sedentem illum monachum,
& spiritum fornicationis in diuersis mulierū formis ante
illum ludentem, & ipsum condelectari. Videbat & angelū
domini, astantem, & indignantē grauiter contra eundem
fratrem: quia non surgebat, neque prosternebat se in ora-
tionibus ad dominum, sed magis delectabatur in cogita-
tionibus suis. Hæc ergo ostensa sunt per reuelationem san-
cto seniori. Cognovit autem, quia culpa & negligentia il-
lius monachi erat, ut non exaudirentur orationes eius. Et
tunc dixit ei senior, Quia tua culpa erat frater: quia con-
delectaris cogitationibus malis. Impossibile est enī disce-
dere a te spiritum fornicationis immundum, aliis oranti-
bus, & Deum pro te deprecantibus, nisi & tu te ipse labo-
rem assumas in ieiuniis, & orationibus, & vigiliis multis,

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAC.

cum gemitu deprecans; ut misericordiam suam, & adiutorium det gratiae suae, praebatq; tibi dominus Christus, n*on* possis resistere malis cogitationibus. Nam & medicorum corporibus hominū medicamenta conficiunt, & adhibent, quanuis omnia cum summa diligentia faciant, veruntamen si ille qui infirmatur, n*on* se abstineat à noxiis cibis, vel de aliis quæ solent laedere infirmitates, nihil ei proficit cura, & diligentia, & solicitude medicorum. Similiter eriam, & in animæ languoribus eueniet; licet cum omni intentione, & ex toto corde sancti patres, qui sunt medici spiritali, exorent misericordiam Christi domini salvatoris nostri pro eis, qui orationibus eorum se postulat adiuuari, nisi & ipsi cū omni intentione mentis tam in orationibus, quam in omni opere spiritali, quæ Deo placita sunt, faciant, non eis proficient orationes eorum.

De sponsa fratri, si frater eam violuerit. Cap. XLIX.

Ex cōcil. Triburi. **Q**uidam desponsauit vxorem, & dotauit, cum eaccorre non potuit. Quam frater eius cancello corrupit, cui interfuit rex nupta esse non potuerit legitimo viro, despōsatam tamen Arnolfratri, frater habere n*on* possit. Sed moechus, & moechaphus, ca. nicationis quidam vindictam sustineant, licita vero ei coniugia non negentur.

Si quis de uno in alium transmigrat episcopatum, & consanguineam suam polluerit, vel aliquod crim men capitale commiserit. Cap. L.

Ex eodē cap. 42. **S**i quis de uno in alium omnino transmigrat episcopatum, & si, quod absit, contingat eum filiam sororis sive amitæ, aut materteræ, auiculi, vel patrui polluere, aut aliquid crimen capitale committere, episcopus in cuius tunc dioceſi commoratur, & tali scelere criminatur, habet ius & potestatem secundum canonicam authoritatem, & nostram synodalem institutionem flagitiosum coercere, & ad pœnitendum emollire. Per quæ enim melius reveritas ventilatur, quam per illum sub quo habitat, & habitare desiderat.

De mulieribus, quæ absente marito conceperint, & fr̄etum sustulerint. Cap. LI.

Ex cōcul. Eliberta. cap. 3. **S**i qua mulier per adulterium absente marito conceperit, idque post facinus occiderit, placuit vix in fine di-

DE FORNICA. DECR. LIB. XVII. 751

dam esse communionem, eo quod geminauerit scelus.

De illis mulieribus, quae male conceptos necare

studuerint. Cap. LII.

Hil verò qui malè cōceptos ex adulterio, factos, vel ḥ̄di *Ex cōcil.*
tos necare studuerint, vel in ventre matrum potio- *Hilerdē.*
nibus aliquibus colliserint, invtroq; sexu adulteris post se- *cap. 5.*
p̄tem annorum curricula communio tribuatur, ita tamen,
vt omni tempore vitæ suæ fletibus, & humiliati insistant.

De mulieribus, quae partus suos occulte interficiunt. Cap. LIII.

Mulieres quædam, vt audiūimus, quæ ex fornicatione *Ex cōcil.*
concipiētes, metuentes ne scelus quod occulte per- *Arelatēs.*
petrauerunt, manifestum fieret, infantes quos pepererunt, *cap. 6.*
occiderunt, & terræ congerie cooperuerunt, aut in aquas
proiecerunt. Quod quantum nefas sit, canones Ancirani,
Hiberitani, atque Hilerdensis concilii, testes sunt. His ita-
quevix in fine dandam esse communionem decernūt, sed
humanius tractantes, post decennem pœnitentiam tales
placuit ad communionem recipi.

De eadem re. Cap. LIII.

De mulieribus quæ fornicātur, & partus suos necant,
vel quæ agunt secū, vt vtero cōceptos excutiant, an-
tiqua quidem definitio vsq; ad exitū vitæ eas ab Ecclesia
remouet. Humanius autē nunc definimus, vt eis X. annorū
tempus, secundū præfixos gradus pœnitentia largiatur.

De eadem re. Cap. LV.

Si qui infantem oppresserint, tres annos pœniteant: vñū *Ex cōcil.*
ex his in pane, & aqua. Si clericus fecerit, quatuor an- *Aurelia.*
nos, vnum ex his in pane & aqua. *cap. 10.*

De Sodomitico peccato. Cap. LVI.

Episcopus fornicationē faciens naturalem XII. annos *Ex pœni-*
tialitate presbyter X. diaconus IX. subdiaconus o-
do, clericus septem, laicus sex annis pœniteat. Frater car- *Romano.*
nalis cum fratre carnali fornicationem faciens XV. annis
ab omni carne se abstineat. Si semen in os miserit, septem
annos pœniteat, alii dicunt vsq; in finē vitæ pœnitere de-
bere. Viri inter femora fornicantes, vnum annum pœni-
teat, si iterantes II. Si inter crura fornicātes, si pueri sunt,

II iii

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAC.

annum vnum pœniteant. Si viri, duos annos. Si autem in cœstudine est, modus pœnitentiae addatur iudicio sacerdotis. Vir semetipsum coinquinans, primo X. dies pœnitit, & iterans XX. dies. Si cum gradu est, addatur pœnitit. Puer XV. annorum, XL. dies pœnitit. Qui concupiscentie fornicari, sed non potuit, X. dies pœnitit. Qui per turpiloquium, vel aspectu coinquinatus est, tamen non voluit peccare corporaliter, XX. dies pœnitit. Si autem impugnatione cogitationis violenter coinquinatus est, XX. dies pœnitit. Qui diu illudetur à cogitatione, molliter ei repugnans, sex dies, vel quantū exegerit diuturnitas cogitationis pœnitit. Puero qui fornicantur intra semestros, iudicatu est, ut vapulent. Puero soli de hoc inter se loquaciantes, & transgredientes statuta seniorum, tres superpositiones accipiunt. Osculum non simpliciter facientes, quinque superpositiones accipiāt. Ille cœbrosum osculum facientes, sine coinquinamento, quinque dies pœnitit. Cū coinquinamento, sine amplexu, X. superpositiones accipiunt. Post annos XX. idem cœmittentes, XL. dies separata mœsa, extorresq; ab Ecclesia, cū pane & aqua vivat. Minimi verò fornicationē imitantes, & irritantes se inuicem, sed coinquinati non sunt, propter ætatis maturitatē, flagellantur. Si vero frequenter, addatur pœna. Puero ante XX. annos se inuicem manibus coinquinantes, & confessi: autem quam cœmunicet xx. dies pœnitit. Si iterauerint post pœnitentiā, C. dies. Si vero frequentius, separantur, & annos pœnitit. Puero oppressus à maiore infra x. annos, hebdomadam ieunet: si consentit xx. dies: mollis autem annus pœnitit. Qui in somnis volūtariè pollitus est, surgat, & cantet genibus flexis VII. Psal. Volens in somno peccatum xx. Psal. cantet. Si pollitus est sine voluntate xv. Psal. cantet, & in fine vniuersiūsq; Psalmi dicat ter: Deus in adiutoriu meum intēde, & reliqua. Qui semel in Ecclesia dormiens fuderit, tres dies ieunet. Episcopus fornicationem faciens cōtra naturā, degradetur, & duodecim annos pœnitit. Presbyter aut diaconus, fornicationē cōtra naturā faciens, prælato antē monachi voto, degradetur, & Vannenes pœnitit, & veniam omnī hora rogēt, & superpositionem patiātur, in unū quaque hebdomada, exceptis quinque & simili diebus. Post superpositionē, pane sine mīsurā vescit.

tur, & ferculū aliquatenus butyro impinguato, & die dominico sic viuant. Cæteris verò diebus paximati panis mēsura, & paruo impinguata butyro holera, & ouis paucis, & formatico reficiātur, & aquæ tantū quantū sufficiat si operarius est. Lectus enim nō multū fœnū habeat, & per tres quadragesimas anni addat aliquid, prout virtus eius admiserit, semper ex intimo corde vt defleat culpā suam. Obedientiā quæ omnia præeminet, libentissimè accipiat Post annū & dimidiū Eucharistiam sumat, & ad pacem veniat: Psalmos cū fratribus cantet, ne penitus anima tāto téporē cœlestis medicinæ iciuna intereat. Si in inferiori gradu prius quis monachus fuerat, tres quidem annos pœnitēat, sed mēsura nō grauetur panis. Si operarius est, sextario de lacte Romano, & alio de tenucla, & aqua quantum sufficit pro sitis ardore sumat. Si verò sine voto monachi presbyter aut diaconus sic peccauerit, sicut monachus sine gradu pœnitēat, & postea recipiat gradus suos. Si autē presbyter aut diaconus post tale peccatum voluerit monachus fieri, indiscreto proposito exilij annum & dimidium pœnitēat, habeat tamē abbas cum consilio episcopis sui huius rei modrandi facultatem, si obedientia pœnitentis placita sit Deo & fratribus quibus commissum est.

De illis qui conceptum executiunt. Cap. LVII.

Si aliquis causa explendæ libidinis, vel odii meditatio- *Ex cōcil.*
uerint poterit, & annos, hebreos, hebdomadē annū, & surga, & secessi: ante
cur, & annos, hebreos, hebdomadē annū, & surga, & secessi:
aliquis fecerit, vel ad potandum dederit, vt non possit generare, aut concipere, vt homicida teneatur.

De illis qui infantes suos oppresserint. Cap. LVIII.

Si quis infantē suū oppresserit, aut vestimentorū pōdere *Ex cōcil.*
suffocauerit, & hoc post baptismū factū fuerit, *XL. dies Mogūti.*
pœnitēat in pane & aqua, & à cōiuge se interim abstineat. *cap. 6.*
Postea tres annos pœnitēat per legitimas ferias, & tres in
anno quadragesimas obseruet. **Q**uod si ante baptismum in
fans oppressus fuerit, proximos quadraginta dies vt supra
pœnitēat. Postea verò quinquennium expleat.

De patre & matre qui filios suos apud se mortuos

inuenierint. Cap. LIX. Ex cōcil.

De infantibus autem qui mortui inueniuntur cum pa- *Parisiēsi,*
tre & matre, & non apparet utrum à patre aut matre *cap. 5.*

II ivi

D.BVRCHARDI. EPIS. VVORMAC.

occisus sit ipse infans vel suffocatus, an propria morte defunctus: non debent inde securi esse, nec sine poenitentiis ipsi parentes, sed tamen in eis consideratio debet esse pietatis, vbi non voluntas, sed euentus mortis causa fuit. Si autem eos non latet ipsos eius esse interfectores, scire debent grauiter se delinquisse, quod in Ancirano concilio probatur. Quidam autem trium annorum poenitentiam horum iudicant esse debere: quorum unum ex his exigunt in pane & aqua atque se ab omni luxuria tempore penitentiae suae custodiat.

De illis feminis quae abortum fecerint. Cap. LX.

*Ex poenitentiali
Romano.*

Si qua mulier abortum fecerit voluntariè, tribus annis poeniteat.

Finis Libri decimoseptimi.

D. Burchardi

ECCLESIAE VVORMACIENSIS Episcopi, de Visitatione infirmorum, Decretorum Liber XVIII.

ARGUMENTUM LIBRI.

Liber hic infirmos à presbyteris visitandos esse, & quod ad hanc visitationem requirantur, edocet.

CVM sacerdos audierit aliquem infirmum in sua plebe, citò ad eum perget, & ingens cubiculum aquam benedictam super eum, & per omne cubiculum asperget, canticis antiphona: Asperges me domine, & verbu: Exurgat Deus & dissipentur inimici, &c. Deinde dicationem: Deus qui sacerdotibus tuis tantam gratiam Deinde cantet septem Psalmos cum precibus pro infirmis. Deinde Iithaniam cantet. Post hæc omnes iubeat extra